



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XVII. De episcopis puerorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO CHRISTI
1574. steris & ecclesiis se exhibent adeo onerosos , quod per eorum importunitatis audaciam nonnunquam clerici illud eis erogare coguntur, de quo fuit necessitatibus pauperum prouidendum: dengantibus sibi suffragia (per quæ occasionem nutriunt malæ vitæ) calumnias inferunt ; conferentibus sibi quod postulant vituperium existunt : reuerentiæ clericali vtique multum detrahitur , dum blasphemia huiusmodi se personas ecclesiasticas profitentur. Ut autem viri huiusmodi per subtractionem nostri & nobis subditorum suffragii resistere compellantur , auctoritate sacri Concilii prohibemus , ne quis prælatorum , plebanorum , aut vicariorum , seu quæcumque persona ecclesiastica post spatum duorum mensium , infra quem terminum de ordinata sibi vita prouideant , ipsis aliquid beneficii vel iuuaminis erogare præsumat. Qui contrarium fecerit , tamdiu ab ingressu ecclesiæ sit suspensus , donec in subsidium terræ sanctæ visualis monetæ conferat vnam libram. Hanc tamen constitutionem extendi volumus ad pauperes aduenas , & pro necessitatibus suis publice mendicantes.

XVII.

Ad hæc quidam ludi noxii , quos vulgaris elo-
cutio * Eptus puor. appellat , in quibusdam eccle-
siis exercentes adeo insolenter , quod nonnun-
quam enormes culpæ & damna grauia subsequun-
tur. Ex ipsis hos ludos in ecclesiis & a personis ec-
clesiasticis de cetero fieri prohibemus , nisi forte
parui sexdecim annorum & infra fuerint , qui hu-

Ludi quida
in ecclesia
prohiben-
tur.

Ffff iii

598 GREGORIVS CONCILIVM RUDOLPHVS I.
P.X. IMP.

iusmodi ludos exercent, quibus alii seniores ipsis
nullatenus se misceant, aut intersint.

ANNO
CHIRI
1574

XVIII.

Sententias
cenfurari,
quas vnu
iuste protu
lerit, ceteri
quoque pu
blicant.

Sententias excommunicationis, suspensionis,
aut interdicti, quas vnu ex nobis iuste protulerit,
ceteri per ciuitates suas publicabunt, & a suis fa
cient subditis vsque ad satisfactionem condignam
inuolabiliter obseruari: sic vt ad puniendum scele
ra peruersorum celeritate communi nobis inui
cem succurramus.

XIX.

Festa sancti
Ruperti,
Virgili, &
Augustini
celebren
tur.

Patres nostros venerabiles & patronos venera
biliter honorandos B. S. Rupertum, Virgilium,
& Augustinum, honoribus debitiss, nostræ humili
tatis obsequiis venerantes, dies festorum suorum
celebres esse volumus, & sub poena excommuni
cationis præcipimus in eisdem diebus ab omni ser
uili opere abstineri.

XX.

Religiosus
extra pro
fessionem
suam con
fessorē non
eligit.

Nulli religioso liceat extra suam professionem
vel ordinem sibi eligere confessorem, nisi de præ
lati sui licentia speciali.

XXI.

Pœna reli
gioſorum
qui legiti
me corre
cti inuocan
t brachium
ſeculare.

Si aduersus correctionem superioris sui mona
chus aut religiosus quicumque ſecularis personæ
adiutorium aut potentiam duxerit inuocandam, si
huiusmodi inuocatione vſus fuerit, carcerali custo
dia tanto tempore concludatur, donec præsum
ptionem huiusmodi pro superioris arbitrio pœna
ſufficiens recompenset. Et vt aliis talia præsumen
di pœnæ duritia sit terrori, præumptionem huius